



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

35 De caractere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

nare ecclesias ipse reputat laudabile & ob hoc laudat Nepotianum. Erat sollicitus, si niteret altare, pavimenta forent tersa, si vasa lucentia, & in omnes ceremonias pia sollicitudo disposita. Comparat eum deinde Beseleel & Hiram.

Egregie adducitur Pers. Quñ he De no
retici ex nobis claras postulent scripturas, ipsi etiam poetas ethnicos nobis obtrudunt, vti Luth. patriarcha hæreticorum fecit, quando voluit probare omnia euenire de absoluta necessitate, adduxit poetã. Certa stãt omnia lege. Tam validis præfidijs sua muniunt hæretici. Persum nos nõ recipiamus quoniam deum non nouit. Et ipse nesciet eum, cum omnibus hæreticis anathemate percussis.

DE CHARACTERE.

XXXV.

Credit ecclesia & fideles in
sacramētis imprimi animæ

Et 2 quod

DE CHARACTERE.

quoddam signaculum, quod character nominatur, scilicet in baptismo, confirmatione & ordine.

Ephe. 4 Nolite contristare spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemptionis vestrae.

Ephe. 1 In quo & vos, qui audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestrae, in quo & credentes signati estis, spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis vestrae &c.

Liquet fideles in regeneratione baptismi signari à spiritu sancto, ut sic oves Christi ab alijs secernantur.

Hiero. Explicat verba Pauli. Signaculum dei est, ut quomodo primus homo conditus est ad imaginem & similitudinem dei, sic in secunda regeneratione quicumque spiritum sanctum fuerit consequutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat.

Idem Signati sumus spiritu dei sancto, ut & spiritus noster & anima, imprimantur signaculo dei, & infra.

Hoc

Hoc signaculum sancti spiritus iuxta eloquium saluatoris, deo imprimante signatur. Hunc enim ait, Ioan. 6. signauit deus pater, & infra.

Qui idcirco signatur, vt seruet signaculum, & ostēdat illud in die redemptionis, purum atq; syncerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id numerari valeat cum his, qui redempti sunt.

Ecce character manet vsque in diem iudicij.

Super Ephes. 1. Iudæi ex circumcisione sunt, beluarū more, carnis signaculo excepto, notis iniusti, sed vobis vt dei filijs, supra quā carnis patiatur cōditio, spiritus impressum est signum. Athano.

Idem Ephes. 4. Spiritus nos obfirmavit, esseq; de regio grege fecit, atq; is nequaquam astare nos finit cum fontib; & damnatis, sed signum impressit secreuitq;, vt redempti & liberi ab istiusmodi ira essemus.

Et } Et

DE CHARACTERE.

Esa. 66 Et ponam in eis signū, & mittam
ex eis qui saluati fuerint, ad gentes
in mare, in Aphric. &c. præuidit
Propheta Apostolos & discipulos
mittendos gentibus, s. qui habeant
signum dei, characterem.

Exo. 12 Character Hieron. sententia præ-
figuratus fuit in sanguine agni, quo
superliminare & vterque postis si-
gnatus est, vt transfiret angelus per-
cutiens.

Ezech. 9 Figuratus etiã fuit character per
Tau. Ezech. Signa Tau super fron-
tes virorum gementium & dolentium
super cunctis abominationib.
quæ fiunt in medio eius, infra: Dein
de super quem videritis Tau, ne oc-
cidatis. Ita Christus in Baptismo
merito sanguinis sui signat postes
anime, vt anime à diabolo liberetur

Dionys. de eccle. hier. Accedentē ad Baptismum diuina
maiestas in sui confortiū intus ad-
mittit, eiq; lucem suam perinde ac
signum aliquod tradit, sanctum effi-
ciens

ciens & sanctorum ordinis participem. Ecce Characterem lucem nominat cap. 2. part. 3.

Nunc per baptisma primitias spiritus s. accipimus & initiū alterius vitæ fit in nobis. i. primitiæ regenerationis, & signaculum, & tutela, & illuminatio, & sanctificatio. Ecce signaculum characterem. cap. 10.

Aug. Satis illuxit pastoribus ecclesie Lib. 6. cōte
fiæ, & ouem quæ foris errabat, & do Donat.
minicū characterē à fallacibus depredatoribus foris acceperat, venientem ad Christianæ unitatis salutem, ab errore corrigi, characterē tamen dominicum in ea agnosci potius quā improbari, quādoquidē ipsum characterem multi & lupi & lupis infingunt, loquitur de baptizatis ab hereticis, denuo ad ecclesiam redeuntibus cap. 1.

Aug. Et vos oves Christi estis characterē dominicū portatis, in sacramento quē accepistis. Epistola 204.

Ec 4 Aug.

DE CHARACTERE.

Tract. 5. su. Aug. Baptizatus si non habet cha-
per Ioā. ca. ritatem, characterem quidem impo-
situm habet, sed desertor vagatur.

Character imprimitur in tribus
sacramentis, scilicet Baptismo, con-
firmatione, & ordine.

Greg. Quod dicitis, vt qui ordina-
tus est, iterum ordinetur, valde ridi-
culum est, vt enim baptizat⁹ semel,
iterum baptizari non debet, ita qui
consecratus est semel, in eodem or-
dine non valet iterum consecrari.

Aug. Vtrunq; baptismus & or-
do) sacramentum est, & quadam cō-
secratione vtrunq; homini datur, il-
lud quum baptizatur, & illud quū
ordinatur, ideo non licet in ecclesia
catholica vtrunq; reiterari.

2. Cor. 1. Qui autem confirmat nos vobis-
cum in Christo, & qui vnxit nos de-
us, & q signauit nos, & dedit pignus
spiritus in cordibus nostris,

¶ Obijcit Lutherus.

1 Character est res ficta, quam
igno-

ignorat scriptura.

2 Quomodo aqua posset imprimere tale signum in anima?

¶ Respondet catholicus.

Character non est res à patribus ficta, sed spiritu sancto doctore homines dei eum intellexerunt, vt ex Paulo ostensum est.

De primo

Aqua non imprimit tale signum in anima, sed deus imprimit, ad præsentiam aquæ baptismalis, assistente sua omnipotentia sacramentis. Et in hoc Christiani excedunt Iudeos, nam nos habemus signaculum spiritus, ipsi habebant signaculum carnis.

De secundo

DE TRANSUBSTANTIATIONE, XXXVI.

IN sacramento Eucharistiæ, substantia panis cõuertitur in substantiam corporis Christi, Sic q̄ non manet substantia panis. Accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum. Con-

Luc. 22

E e s cor